



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.

Leroy, François

Pragae, 1666

Caput XXVI. Concluditur istaec Christianæ patientiæ tractatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

fra vir eximie Religionis & sanctitatis, eâ consideratione ducebatur, ut agros inviseret, & quocunque posset modo, utrum angores & molestiam levaret; quod nempe crederet haberes illos atque languores, aliquod molestia & doloris incrementum passionis tempore Christo addidisse.

CAPUT XXVI.

Concluditur istac Christiana patientis tractatio.

Ergo ut tractatus prolixioris (tametsi ad usus vite mortali oppidò necessarij) aliquando finem inveniam: placet inde, unde exorsi sumus, argumenti itidem claram petere; & repetitis Apostoli verbis adhortari nosme

Heb. 12.

ipso: ut deponentes omne pondus, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: afficientes in auctorem fidem consummatorem JESUM. Quippe qui & ducem se nobis magistrum, & perfectum exemplar tolerantiae omnis exhibuerit, de illo dicente S. Martyre Cypriano: Usq; ad finem perseveranter ac jugiter tolerantur omnia, ut consummari in Christo (utique & in nobis ejus exemplo) plena & perfecta.

L. de pat.

L. de zelo & patientia. Qui proinde alibi ad Christi ipsius affectationem imitationemve nos provocans: Sequitur autem Christum (inquit) qui praeceptis ejus insitit, qui per magisterij viam graditur, qui vestigia ejus atque itinera sectatur, quid, quod Christus & fecit & docuit, imitatur; secundum quod Petrus quoque hortatur & monet, dicens: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Perinde atque si perfecta Christi imitatio in patientiae dilectione consisteret, & quam bonum Christi specialiter Cyprianus appellat, eam Christus aut solam, aut præ ceteris studijs, a seculæ suæ alumnis deposceret. Ad quam singulariter exhortat

L. de pat.

L. de pat. 2. plina consisteret, & quam bonum Christi specialiter Cyprianus appellat, eam Christus aut solam, aut præ ceteris studijs, a seculæ suæ alumnis deposceret. Ad quam singulariter exhortat

exhortans etiam Tertullianus: *Rependumus (inquit) illi pa-* De pat. c. 16.
tientiam, quam pro nobis ipse dependit.

Quanquam & eodem recidet; si universam Crucifixi disciplinam, dicamus in amore fortis, hilariq; patientia sita esse: quando neq; patientia Christiana absque amore casto diuturna aut perfecta esse potest; neque sincerus amor, absque aduersorum tolerantia consistere: in hunc sensum dicens S. Chrysostomo: *Quis est labor absolute diligere? nul-* Orat. 1. in Te-
lus labor. Germane autem & sincere diligere, multus labor. Theff. 1.

Atque hanc duplarem tanquam paginam nobis exhibet Liber ille, ante oculos nostros prescriptus & expansus, Iesus crucifixus; Liber scriptus intus & foris, intus amore, foris dolore: in quem proinde admonemur assidue inspirare disciplinæ gratiâ, ut nempe exinde duo illa potissimum Christianæ Sapientiae principia, amorem, inquam, fortem, & dilectionem Deo patientiam hauriamus. Recetè quippe Salmeron noster, de libri istius (Christi nimurum crucifixi) titulo disputans: *Hic sit (inquit) nostrum Enchiridium, Isag-* Tom. 10. tr.
ge ad sapientiam, Verbum abbreviatum, Contemptus mundi, 37.
Soliloquium, Stimulus Divini amoris, &c. addo ego, & Gymnasiū patientiæ; quod ars ea profectio nuspiciam alibi, aut melius tradatur, aut facilius condiscatur.

Eundem quoq; Christum crucifixum considerate hic possumus, ut vexillum expansum militantis in terra patientiae: ad quod proinde militia gratiâ aggregari, ad quod inter pugnandum in proposito nobis certamine crebro identidemq; respicere, ad quod denique ubi res deposita, seu securitatis, seu virtutum confirmandarum gratiâ, refugere debeamus. In quem forte sensum mellitus Bernardus sermone quodam in Cantica, mortem Christi appellat fortitudinis insigne. Expressius autem Hugo Cardinalis, ad illud Canticis: *Pone me ut signaculum super cor tuum; ubi pau-* Serm. 22. in
Cant.
cis, & pulchre sanè, univeras signaculi seu signi acceptio- Cant. 8.

Ggg 2

nes

602 Pars IV. Exerc: ad pat: ex Christi cruc: discipul: nes ususq; comprehendit; quasi in hunc modum loqueritur Christus: *Volo ut mei pro te crucifixi memoriam habeas; ut per te nihil nocivum intret aut exeat; ut mibi soli arcana cuiuslibet aperias; ut speciei mea in te similitudo resulet; ut mecum nullus amoris te ab omni alieno discernat; ut in castro tuom semper vexillum appareat.* Sic ille.

Esto denique extremum hoc monitum: Si libenter mo & hilari quadam patientia crucem portemus; & ipsi portabit nos, atque inter adversos fluctus mortalitatis, ad desideratum felicitatis aeternae portum, securos letosq; inducat. Memorabile est, quod de S. Forannano Episcopo, Molan. Na- Belgicæ tradunt historiæ, eum videlicet cum in Belgium & tal. 30. A- Scotia, divino monitu traijcere pararet, neque adseri- April. vigium quo transportari posset, ligna duo, quæ fortè jac- bant in littore, inter se commissa in crucis formam compo- suisse, atq; in eam secum receptis socijs duodecim, in Gallicas oras sic transmisisse. Quod, quadam anagogicis- tract. 2. in tione, si equidem salvi esse volumus, necesse est nostrum nicuique contingere. Ut enim ait S. Augustinus: *Cristi Ioann. lignum est, quo mare transseamus. Nemo enim potest transire mare hujus saeculi, nisi cruce portatus.* Et alio in loco: Serm. 2. de Quoniam etiam in tali itinere abundant fluctus & tempestatis. Verb. Apost: diversarum tentationum; in Crucifixum crede, ut fides tua liguria possit ascendere. Non mergeris, sed ligno por- taberis. Sed de his satis.



PARS